



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinj Ordinis  
Vetustissimi Amplissimique, Nostra, ac supera ætate  
Immarcescibilis Vigor, ac Viror**

**Bucelin, Gabriel**

**[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.**

Iesu Christi Annus. M.D.XXVI. Sancti Patris Benedicti. M.XLVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38498**

## REDIVIVUS.

atque adeo Ordini, atque Orbi universo multis modis profuit. Sed ante omnes Paulus ipse Justinianus, Vie*P. Paulus  
Justinianus*  
*nus.* sanctissimus enituit, de cuius laudibus, i*ga Historia Romaldina.* Hic doctrina plenus, verbo potens, calamo fuscundus atque luculentus. Nec vacua fuit in eo Gratia D*E*; cum multos à via peccati converterit; quos secum ad Religionem traxit: plures vel alibi, vel domi, piè vivere edocuit; in numeros à blanditijs sacculi, ad durissimam poenitentiam vivo sermone, operibus exhibitis transire compulit, Eius, inter relictā ingenij monumenta, laudantur *Constitutiones Eremitice;* de vera item hominis felicitate: *De officio Pastoralis ad Leonem X.* [unde colligas quam proprium nostris fuerit, absque adulatione, Ecclesiae universae in capite mederi] *Tractatus de obedientia:* *de Decemgradibus Amoris D*E*.* *De Penitentia ejus.* *De Eucharistia.* *De Contemplatione.* *monimenta Opuscula alia cæpta,* nec vero consummata qua centenarium numerum, restat Beato Justiniano Bergomensi superante. *Videatur Lucas Eremita in Rom. Mon.*

*Leonardus  
abb. Cre-  
miphani.* Mortuo superiore anno Joanne Abbe Crémiphaniensi viro Religiosissimo & doctissimo, qui fuerat Maximiliani Imperatori Augusto à Confessionibus & conscientia secretorum solertissimus & Religiosissimus arbitrus, succedit Leonardus, exemplar virtutum omnium continuante apud Austriae utriusque Monasteria, fervore laudatissimo Mellicensis Congregationis, Ascetisque Monasteriorum, non tantum Disciplina solide Monachica florentibus, sed & litteratorum insigni frequentia, ita ut in illis partibus Religio Catholica insignes aleret propagatores.

In Gallijs mirum in modum proficit laudatissimum Reformationis studium, & noviter Reformatis plurima quamprimum Cœnobia junguntur, seque mutuo excitant, & tanquam animalia illa Evangelica exfuscent, juxta illud Ambrosij: *Flammefat igne charitas accendat ardor proximos,* ipsi quoque secularibus igne illo exempli Benedictini, ad meliorem frugem revocatis. *Ex R. P. Amandi Tribout. communicatis.*

Evocatur ad æternitatis pro mag-

12

nis laboribus præmia Ven. Pater Petrus Delphinus quondam Generalis sa-  
crae ad amissum Regule familiaris no-  
stra Camaldulensis, exemplar absolu-  
tissimum omnimodæ perfectionis, de  
Ordine universo meritisimus, anno  
etatis 81. professionis sexagesimo ter-  
cio, 17. Cal. Februarij felicissime ex-  
tinctus, postquam SS. Ecclesiae summa  
devotione & præparatione munis-  
tus Sacramentis, mira animi demis-  
sione Fratres si quem unquam offendit,  
est deprecatus. Tandem ge-  
stiens & gratulabundus, ea Prophætæ  
repetens: *Defectio tenet me, &c. & rur-  
sus: In manus tuas commendo Spiritum  
meum.* Creditus à pueri, illibatissimus  
Virginitatis custos ad extremum us-  
que arthelitum extitisse; cui funebrem  
orationem recitavit Reverendissimus  
Eusebius Priolus Carcerum Abbas vir  
præstantissimus & optimè meritus. *Ex  
monim. Camald.*

Ipsò anno, ut quanti Numen ip-  
sum faceret rigorem sacræ Familiae  
nostræ Olivetanae facile advertas, Ve-  
nerabilis Franciscus Leophanta, Virgo  
Panormitana Ord. S. Francisci, co-  
lesti afflata lumine, Olivetanam exop-  
pat ambitque disciplinam; & à Cognati  
condendo Cœnobio aream impe-  
trat, cum templo GRATIARUM, Vir-  
gini Deiparae conicocrato, nec non cum  
hortis domiciliisque nonnullis, ubi  
Virginibus Benedictinis Olivetanis  
Monasterium exstruxit, & cum qua-  
tuor alijs impestrata licentia priore de-  
posito habitu, Olivetanum asumpsit,  
Abbatissâ loci perpetua cooptata, ubi  
exemplo vita perfectioris eximio ca-  
teris prælucens, inter singularia Or-  
dinis ornamenta computari meruit.  
*Ex Lancellato.*

*LESU CHRISTI ANNU S.M.D.XXVI.*  
*Sancti Patris Benedicti. M.XLVI.*

C ommune hoc ipso tempore &  
anno Mediolanenum omnium  
refugium in orani infirmitate & tri-  
bulatione in Monasterio Benedictini  
Ordinis Virginum S. Margaritæ Vir-  
ginis & Martyris honori & nomini sac-  
ro, ad perspectissimæ omnibus san-  
ctis Dei sponsam Venerabilem Ma-  
riam Catharinam Brugoram, quam  
Deus Optimus Maximus tantis donis  
cumulavit, ut omnibus quibuscumque

*B. Catha-  
rine Brü-  
gorum mira-  
cula.*

ad

## B E N E D I C T U S

ad se occurrentibus, in omni necessitate possit subvenire, imo omnes necessitates in spiritu prævidere, & cum charitate non minus proximi quam, Dei tota quasi deflagret, ultronea, prorsus erat se se ipsam pro omnibus impendere & superimpendere. Mirabile prorsus, cum hoc ipso tempore,

*Memorabile miraculum.*

nobilis quadam Matrona procul absentem maritum suum ferventissime commendaret, & ipsa miserta sollicita lachrymas, benè sperare de ejus reditu monuisset, & certam esse de precum suarum suffragio jussisset: reducem ex insperato conjugem, admiranda prorsus de sua fortuna narrantem, alia inter memorasse, se ab hostium Gallorum turma appetitum, in effusissimâ fuga, ad rapidi fluminis deveniisse ripam, cumque aut mergi necesse forer, aut gladijs hostilibus perimi, visam fibi venerabili specie Monialem Benedictinam, quasi gratulabundam inque momento trans flumen depositum animadvertisse, & ab insequentibus jamque imminentibus prodigiosissimè liberatum. Cumque uxor se absentem tantopere precibus V. Mariae Catharinae Brugore commendasse affereret, quam ipse alias in Vita omni non viderat, mox in S. Margarita Cenobium ductum, cùm inconspicuum omnium Monialium admitti rogarer, illam ipsam agnovisse illico, & ut servatricem summa cum reverentia compellassem, miraculum prodidisse, & licet illa omnibus modis a se averteret, & Deipara quam rogaverat assignaret; Ipsum nihilominus non solum constantissimè aseverasse, verum votiva quasi tabula expresum coloribus miraculum, cum hac subscriptione, eidem Venerabili

*Joan. Bap-  
tista Pusterla  
la mireser-  
vatus.*

Sponsa Christi destinasse: Ego Joannes baptista Pusterla Eques, precibus tuis, Gal- la manus evasi. Ut nihil de admiri-

randis alijs ejusmodi prodigijs memoremus, ipsa absentia æquè ac proxima intuente, futura prædicente, mala ingentia ab Urbe Patria, suis precibus avertente. Ex Vita per Franciscum Ruzierum.

Ingens iterum Benedictini Ordinis meritum, & ipsi æquè ac sanctissimo Patriarcha Benedicto, tot seculis proprium, quo exorientem hoc ipso tempore, novum Seraphici Patris

Francisci, toto Christiano Orbe laudissimum Patronum Capucinorum Ordinem, Patres nostri, primi omnium, ferventissimè complexi charitate, Institutum a deo sanctum eti arduum, suscipiendum, fovendum, & pro vi-

*Patrum  
Capucino-  
rum per  
nos pro  
motio.*

lili defendendum suscepunt. Institutores primi Fratres Ludovicus & Raphael, indumentum quo hodie utuntur Beati Francisci Carracetani Or-

*B. Franci-  
scus Carrac-  
etanus na-  
ster.*

dinis nostri viri sanctissimi prophetica voce attoniti assumpserunt, cum is Matthæum à Dacio, quem nunquam viderat, præviderat tamen tali habitu venientem, affirmasset nativum Seraphici Patris Francisci habitum gestare, cum illum cumdem Matthæum, insolenti tunc prorsus veste adventantem & ad Franciscum nostrum invi-

*Causa fuit  
ut sacerdo-  
tum capu-  
cinarum  
habitum  
omnibus  
probaretur.*

sentem consiperent, verbis tanti viri & prophetica moti prædictione, ut de assumendo illico eodem habitu & Capitalio confenserint, imo confici quam primum curaverint, eti vilissimus es- set, & despicabilem omnibus fore fa-

*habitus  
omnibus  
probaretur.*

ciile conicerent, summa cum devotione, & animi in omnem contemptum resignatione generosissima induerint. Evenitque etiam quod rebantur: si quidem irrisui paßim habiti, & male tractati, etiam carceribus inclusi; à Beato Paulo nostro Justiniano, ipsis strenue patrocinante, cui obniti, obsummam, sanctitatis famam, maximamque apud omnes auctoritatem, nemo ausus erat, in libertatem asserti; qui & felicissimum Novi Instituti Advocatum & Patronum egit, inter meritisimos tanti Ordinis Promotores; & alter quasi Fundator, quin & Protector, celebrandus. Videndus fusior in his describendis Lucas noster Ruhen sis libro tertio. Ita sicut, tanto antè, sanctos Franciscum & Dominicum propheticō spiritu edocētus Beatus Joachim Abbas noster Coratiensis, Florensis olim Congregationis sanctissimus Institutor, suis rite coloribus, & illum sacris insignitum stygmatibus opere Graecanico, in Archi-Basilica Veneta S. Marci distinctissimè expreslit, ita Franciscus Carracetus noster, redi-

*B. Joachim  
Abbas  
predicatio.*

vivum in Patribus Capucinis, primævo etiam habitu, nedum vita Franciscum Seraphicum designaverit, Justinianus autem noster, suis, ut S. Francisca vīsus Pontifici Romano est Basiliacam

*Justinianus  
noster no-  
vum Ord.  
suffuentat.*

silicam sustentare Lateranensem humeris, ita ipse Ordinem novum sustentari, merito utique maximo datum charis & Benedictis æquè ac Serafincis viris, quibuscum propterea tanta cum nostris necessitudo & charitas verè fraterna intercedit. Quod & citatus supra Lucas noster Ruhenensis observavit, qui alia inter, ex illa, inquit, prima cum Camaldulensibus nostris conversatione, Patres Capucinos, mutuam semper Amicitiae conjunctionem servasse, sed & à nostris Eremitis quædam peculiariter, sibi communiter servanda sumpsisse: quale est, barbam nutrire, nec non sine cantu, solaque distincta pronuntiatione Divinas Laudes persolvere. *Vid. Gault. Luc. Angl. Florent &c.*

IESU CHRISTI ANNU S.M.D.XXVII.  
Sancti Patris Benedicti. M. XLVI.

**N**E Germaniam solam sine igne in cineribus frigidis obriguisse, æstimes, exarsere in supera æquè ac infera flamma lucidissima, magno eorum solatio, qui constantes in fide, omnes novitates aspernati sunt, æstimantes fidem illi nixam petræ, quæ in spiritu semper fundata Veritatis, sibi constiterit semper & constat, quam tot sculis, tot summa æstimatione. Præsules & Abbates perenni successione ad nos usque propagati, idem omnes & singuli credentes & afferentes, tot antea Consilijs damnatas heresies; ipsa unanimi in interpretandis sacris Tabulis, concordia, comprobarint. His inquam verè Catholicis, facem, perditissimo hoc tempore illustrissimam prætulere diversissimi laudissimarum Congregationum Mellicensis & Bursfeldensis, diversi Antistites, qui non solum in profliganda & amolienda à suis ditionibus diversarum Hæresum licentia, nullum non lapidem moverunt, sed & supremum adire vitæ discrimen minimè abhorreverunt. E quibus hoc ipso anno ad præmia æternitatis evocatus est Quintus Devois Ursidungenis celebrissimi in Hannonia Monasterij Abbas, *Vir*, ut ejus loci chronica habent, *nunquam si ne reverentia nominandus*, primævi resuscitandi in Ordine Spiritus Zelator egregius, *TUTOR & PATER Patriæ universæ*, cui omni modo, & pro va-

lentissimi ingenij viribus, cōsultum semper voluit, & vero etiā felicissimè consuluit, summa apud Reges ac Principes auctoritate, & virtutis æstimatione. Is domique forisque rebus maximis dexterrimè gestis gloriosissimus, summi momenti Legationibus perfunctus, Cæsarem æque ac Hispaniarum Regem, Regna utriusque immortaliter demeritus, imo pro Ecclesia universa, contra Hæreses & Hæreticorum impios conatus, multa præclare auctus, incredibile fui desiderium apud summos æque atque infimos ad præmia æviterna evocatus reliquit. *Ex monumentis Ursidungi.*

Beati Hieronymi Suessani ineffabiles Virtutes, digno encomio extol-

*B. Hieronymi  
apud Reges  
& omnes  
auctoritate.*

*mus Suessanus.*

lenda nunc essent, nisi & fandi atque scribendi facultatem superarent, & compendij, siquid amplius conaremur metas excederent. Unum tamen quin referamus, præterire non possumus, unde animadvertis, qualiter antiquis quam simillimis miraculorum signis Reformationem Ordinis nostri foverit, juverit atque commendaverit Optimum Numen, & qua spe & confidencia esse debeamus, etiam de cætero, novis quibuscumque ad Reformationem solidam spectantibus etiam nostra artate conatibus, nunquam defuturum. *Contigit aliquando*, ait Lucas Ruhenensis, *cum in Crysipis Almasacij Prior esset, ut de mensé January nivium abundantia obrueretur Vallis illa, ita ut per dies quindecim, illinc quis exire, aut aliunde illuc ingredi prorsus prohiberetur.*

*Unde factum est, ut Fratribus victu necessaria in totum deficerent (fidelium enim largitionibus vivebatur, cum hodie moris non sit perpetuis redditibus Cenobia condere, verum sua Monachis rapere.) coque Cellarius Constantius nomine, apud eumdem quereretur, quasi fame atque inedia Fratres perituros timens, cui fidelis Pater:*

*o Constanti, inquit, fili, tu fidem non habes; putas quia DEUS deferset servos suos? confidentia Ipsi dixi, & non mentitur: nolite solliciti in Deum, cuius esse, quid manducetis, aut quid bibatis: qui pascat corvos, non dabit eis fas faulmis suis? Confide & ora, non decrit ubi & Fratribus tuis in crastinum oportunes cibus. His & alijs multis hominem consolatus, Ecclesiam ingrediens ante altare prostratus humili (qui mos illi frequens erat) in multam noctem Orationem traxit.*

*Caperat*

*Congregatio  
in Mellicensi*

*Ven. Quintus  
devois  
Abbas. Urs  
sidungeni*